Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

te regenerauit ex aqua et
spiritu sancto quique dedit tibi re
missionem omnium peccatorum
tuorum hic faciat signum
cum pollice de crismate in
uertice infantis dicens petre
ego te linio crismate sa
lutis in xpo ihu domino nostro
in uita eterna amen Pax
tecum Et cum spiritu tuo.
Deinde uestiat infans uesti
mentis suis dicente sacerdote.
Accipe uestem sanctam
et immaculatam quam per
ferras ante tribunal domi
ni nostri ihu xi ut habeas uitam
eternam amen. Postea det
cancellam infanti dicens.
Pete. accipe lampadem
ardentem et irreprensibilem
et custodiat baptismum
tuum ut cum uenit dns ad
nuptias possis occurrere
in aula celesti Pax tecum.
Et cum spiritu tuo. his p
actis ponat infans ante
altare et sacerdos ibidem cum
deuotione legat super infantem
euangelium In principio erat uerbum.
quo finito ponat sua bene
dictionem super infantem.
Deinde leuetur et deportetur in
nomine domini. Pactis premissis
et prius baptisatis duo
clerici redeunt ad ma
gnum altare ubi debet peragi
summum officium incipiant
Kyrie cantare letaniam sic.
Kyrieleison Xpeleyson
Kyrieleison. Xpe audi nos.
Pater de celis deus. Miserere nobis.
Fili redemptor mundi deus.
Miserere nobis. Spiritus sancte deus. Mis.
Sancta trinitas unus deus. Miserere nobis.
Sancta maria. Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix Sancta virgo virginum.
Sancte michael Sancte gabriel.
Sancte raphael Omnes sancti
angeli et archangeli Omnes
sancti beatorum spiritum ordines.
Sancte iohannes baptista. Ora.
Omnes sancti patriarche et prophete.
Sancte petre Sancte paule Sancte
andrea Sancte iacobe Sancte
iohannes Sancte thoma Sancte iacobe.
Sancte philippe Sancte bartholomee.
Sancte symon Sancte matheo.
Sancte taddee Sancte mathia.